




Hunc Luna nascens & minuens, Venus  
 Hunc educavit rore Aganippidos,  
 Sive ore declamat profundo  
 Concutiens Ciceronis arma:  
 Sive eruditus est penetrabilibus  
 Elucubrato pectoris aut penu  
 Problema Disputationum  
 Fundere cogitat arduarum!  
 Non tango, quæ annis sunt juvenilibus  
 Conscripta: Fastis condita quæ stupent  
 Seri nepotes, nec maligno  
 Invidus attenuabit ore.  
 Non tango: Rectè. Nam quid opus facem  
 Præbere Soli? Quid nemorum comam  
 Augere ligno? Ne puteimur  
 Imposuisse humero haud ferenda.  
 Succingeris jam, ad clarum opus optimi  
 HAGGAEI, aceto dum refricas Virum  
 Nunc negligentiam invidendam,  
 Nunc hominum, sale, languorem,  
 Metata privis multa decempedis  
 Et clausa vallo quæis monumenta sunt,  
 In atriis lacunar auro  
 Purpureæque nitent columnæ:  
 Sed Tempa, Ludos, Gymnasia & Scholas  
 Saxo Redemptor non decorat novo:

Rimis dehiscunt, & ruinam  
 Hinc domicilia literarum  
 Ducunt Scholarum cerne cadavera  
 Contracte frontem, respice rudera  
 Sublapsa seminariorum.  
 Quam rabiem hostia quæ expiabit?  
 Mentitur ergo fundus, & impiæ,  
 Id, verberantur grandine vineæ,  
 Torretque stella, Mars, agellos;  
 Et cerasa evacuantur Auitro.  
 Culpatur hirtis imbricitor Notus  
 Voto, colonis, suda petentibus:  
 Convexitate stillat æther  
 Turbidan non pluviosa roris.  
 Hæc suggerendo pulpita concutis.  
 Quæ lingua fando, ferrea quæque vox  
 Te fulminantem æquare possit  
 Seu pede, seu fidibus canoris?  
 At siste remos, Melpomene, semel  
 Adpulsâ ripis, nec fragilem truci  
 Pergas freto trabem fâeli  
 Tradere ludibrium cientis:  
 Altum secundo ne nimium urgeas  
 Vento, premas sed littora tutior,  
 Ducasque cessatum Ionora  
 Carminis haud solidum crepantis;

*Honoris & affectus testandi ergo  
 fundebatur*

*M. Joachimo Cnapen, Rectore Scholæ  
 Vinariensis.*



**D**ruit, ædificat, mutat quadrata rotundis,  
 Ære gravi, propriæ non nisi quisque domi.  
 Unus at in D O M I N I vertendus nummus adempt  
 Heu quantâ Nostris so'vitur in chiragra!  
 Scilicet hinc nobis tanti undique & undique fructus!  
 Percipit hinc rebustot iura quisq; suis!

*Oßo.*